3812 tabula marmorea. 'Tibure iuxta Valeriam in hortis Glariorum refossa et apud clarum virum Benedictum Boschium Tiburtem extans' VVLPI; item apud Boschios vidit MAR. Rursus prodiit anno 1836 in operibus Anienis deducendi gratia institutis, testibus VIOLA et MASS., nunc est in villa Gregoriana. — Romae MVR. errore ut puto.

d M
PATERNO · VIX · AN
I · MEN · XI · D · XX
numitoria? MOSCHIS · MATER
CONLACTIS

Descripsimus Mommsen et ego. Muratori append. (1742) 3, 10 (misit Chiappinius); Vulpi 10, 678 cui dederat Boschi a. 1743; Marini ms. Vat. 9127 f. 256; Massimo *relazione* p. 384 n. 38; St. Viola *decennio* p. 65.

3 D·XIX Mass. — 4 de Moschide cf. supra ad n. 3626.

3813 (Tibure) in eadem via [praecedit n. 3772 descripta ab auctore Siederi 'in via publica prope Trivium'] SIED. (Tibure) in domo domini Lucidi canonici LEONC. (s. l. inter Tiburtinas MANC.). 'Ibidem' SMET., praecedunt Tiburtina n. 3857 et Praenestina vel agro Praenestino attributa n. 3363, ita ut 'ibidem' vocabulum magis ad illam referri debeat quam ad hanc; GRVTERVS tamen rettulit ad hanc, superscribens 'in agro Praenestino' [-iro, errore typ.] (in muro domus privatae, addit ed. 2). *Conservasi presso di me* (Praeneste) CECC. Cecconium hanc inscriptionem, quae olim extabat Tibure et mero errore a Grutero ut Praenestina edita est, apud se habuisse non credo, praesertim cum ille exemplum inscriptionis referat non diversum a Gruteriano ed. 2, quam editionem etiam alibi adhibuit.

P · PEDANIVS · P · F · CA*m*
SATVRNINVS
PATRI

Sieder ms. f. 76; Leoncini ms. f. 3 (ab hoc Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 4); Smetius ed. 139, 3 inter inscriptiones partim a Morillonio partim a Pighio acceptas sed vereor ne per alterutrum ex his a Ligorio. Ex Smetio Grut. 735, 17 (inde Suaresius Praen. p. 91; ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 191); in Grut. ed. 2 corrigitur ex ms. Pighii, ut dicitur, quo significatur fortasse Mancini Pighianus. Ex Grutero ed. 2 puto repetivit Cecconi *storia di Pal.* p. 97, licet auctorem non laudet, immo significet se vidisse.

1 PEDANIVS Leonc. Smet., PEDIANVS Sied.; deinde P·F·CAV Leonc. (idem in Grut. ed. 2 affertur ex Pighio), PECHA Sied., SP·F Smet. — 2 SATVRNYNVS Leonc., sed SATVRNINVS Manc. — 3 PARENTI Sied.

3814 Tibure, in ecclesia S. Mariae Maioris CASIM., in pavimento, addit ANONYMVS. Ibi ego frustra quaesivi.

A · PERPERNA
A · L · EYTELES

Casimirus a Roma *mem. istoriche delle chiese dei Francescani* (1744) p. 369, qui laudat Crocchiantem, apud quem non invenitur (simile quid Casimiro accidit in n. 3797); praeterea repperi exemplum nescio unde sumptum vel a quo confectum inter Henzeniana.

2 EVILLIS Casim.

Cf. supra n. 3714/5.

3815 Tibure rep. anno 1832 una cum n. 3633.

PESCENIA
P · L · EVCE

S. Viola *giornale arcad.* 55 (1832) p. 312, *cronaca dell' Aniene* (1835) p. 129; Massimo *relazione* p. 381 n. 7.

A dextra fractam exhibet Viola. — 2 P·LEYCE Viol.

3816 Tibure OD.

D · M
PETRONIAE ʌYGIAE
Q· VIXIT · ANN · XXXV
MENS · VIII · D · XI
PYRGENSIS · AVGVS
VERNA · CONIVGI
BENE MERENTI
FECIT

Oderico sched. Genuat. f. 83 descriptam a Marino Zampini.

2 ILYGIAE traditur. — 5 fin. scr. AVGVSTI.

3817 (Tibure) *vicino un tiro di palla dalli sepolcri detti di Sirena.*

D *m*
PHILVMINO
CΛESΛRIS
PHILTΛTE FECIT
CONÍVGI
b M

Faustus del Re in schedula quam vidi Tibure apud Aloysium del Re (idem miserat Morcellio una cum n. 3542, ut apparet ex epistula huius ad illum data Romae d. 13 Iun. 1778, quam item adservat Aloysius del Re).

3818 Tibure in templo sancti Marii SIED. Tibure MAN. MARZI; sine loco inter Tiburtinas OTTOB.

D · M
PLAETORIAE · NVPTIALI
VIX · AN · XV · MENS · VII
DIEB · VIII
MNASIAS · AVG · LIB
COIVGI · BENE MERENTI
FECIT

Sieder f. 76 (inde Murat. 1011, 12 'e schedis meis'); cod. Ottobonianus 2970 f. 20'; Manutius orth. 265, 14 (inde Grut. 615, 12); Marzi II p. 180 (inde Vulpi Lat. 10 p. 675); de visu videtur exemplum Gruteri correxit Fabrettius emendat. Gruterian. p. IV.

Versus distribui ut Manutius, cum quo consentit Marzius nisi quod huic vocabulum VIX v. 3 proprium versum occupat; Siederus et Ottob. versus continuant. — 2 PRAETORIAE Man. (corrigunt ad Grut. Fabretti et in ed. 2 Reinesius). — 3 AN Sied. Manut., ANN Ottob. Marzi. — MENS Sied., MEN Ottob. Manut. Marzi. — 4 DIEB Sied. Ottob., DIEBVS Manut., DIES Marzi. — 6 COIVGI Fabr., CONIVGI Sied. Marzi, CONIVG Ott. — BENEMERENTI Sied. Manut., BENEME Ott. Marzi.

3819 litteris malis VIOLA. Tibure in aedibus Boschi MAR. Inde dono del Re venit ad Violam.

T · POMPEIO T · L
CESTRO
V · ANNOR · XXXXV

Marini ms. Vat. 9127 f. 256; St. Viola *giorn. arc.* 119 (1850) p. 280.

Dedi exemplum Violae; Marinius habet v. 1 POMPEIO F·L, v. 2 CISTRO, v. 3 ANOR pro ANNOR.